Greve (Henricus) Repetitio § si quis L. lex Cornelia ff. de Injuriis et famosis libellis.

Impressum per Jacobum Thanner Herbipolensem civem Liptzensem 1498.

Hain Repert. bibliograph.

N. 8,051.

Johannis Somerfelt sum

Utilis repeticio § Si quis librum L Lex cornelia ff de Iniu

r famo libel et l vnice C de famo libel Continens plene materiam iniuriarum et famosorum libellorum.

Hinricus Greue Gottingenſis Artiūmagiſter Jurium
baccalarius Venerabilibꝰ viris Magno Magdeburgeñ.
Paulo ſwoffhem̄ Brādano ſchoneythe. Ac Henrico grue
hayñ optimarū artiū et philoſophie magiſtris celebribus
fautoribus ſuis et amicis integris ſalutem.

Nuper vbi quid ocij nactus. in maiori huiꝰ gymnaſij.
p̄claro collegio vt ſit pacta refectōne deambularē. Occur-
riſtis viri ſtudioſiſſimi et bonarū artiuꝫ cultores acerrimi
vno ore incitaſtis. petiuiſtis ⁊ induxiſtis. vt his vacancijs
meo more pro voluptuoſo ſtudio quid ex iuriuꝫ libris colli
gerem qđ cōi eſſet in practica. et ſcire in foro iocundū et ꝑu
tile foret volui hec aīo in dies volens condeſcendere aīcorū
precibus. Cogitabā noſtro euo nihil melius Nihil deniqꝫ
gratius eſſe quā noſſe naturā ⁊ natiuitatē actōis iniuriarū
Ex quibus verbis. factis ſeu ſcriptis oriatur Qualiter vbi
nata eſt oboleatur Reuolui Jurīū volumiā. Calamuꝫ ad
ſcribendū accomodani Scripſi ⁊ i vnū collegi ſatis labori
oſe in hac quā dixi materia ꝓſicua. que nunc dei auxilio ex
acta ſunt. et ꝑ cartalariū fideliter impreſſa. Accipite igitur
hoc breue opus de Jniu et famo libel inſcriptum. Legite
atqꝫ relegite. Lectio nāqꝫ repetita placet eſtqꝫ formoſa. Et
ſi qñ aliquos iniuriātes ſeu cōuiciātes nōnullis p̄cipue bo
nis ꝑceperitis. reprehēdite increpate ſeu ab hijs vt deſiſtāt
pie (vt ſcitis) mouete. Et ſi vobis nōnunq̄ꝫ (qđ abſit) iniu
ria cōtumeliaue illata fuerit Juris via ꝓpellite. Cogitātes
deſidem infamiā tollerare. Crudelē infamiaꝫ negligere. Et
ꝓfecto niſi quis eā iure propulſauerit. iniuriānteꝫ vt trito
vtar ſermone) mox et in nō ꝓſpecto tp̄e ad nouā inuitatū
habebit. Valete et me vti amici: fauore ꝑſequamini.

Epetiturus § Si quis librum in l Lex cornelia ff d Iniu et famo libel Quinqz p ordiz sunt videda Primũ continuabitur rubrũ ad p̄cedentia. Secũdo ptes rubri declarabũtur cũ multis vtilibus dictis et quottidianis questionib⁹. Tercio ponetur casus in termis legeq̄z tex cũz notabiliũ positõne Quarto expediẽtur glo Quito ex p̄missis et dictis oĩbus inferentur cõclusiones cũ corelarijs propositõnibus.

q Vantũ ad primũ dicendũ cũ glo rubri huius ti. que sic cõtinuat. Si in rebus meis deliquisti dixit. s incendio ruina et naufragio. Nunc si in me ipso qd fieri põt per iniuriã seu famosum libellũ Et cũ ista cõtinuatõne trãsiunt hic cõiter doct. Et dicit glo Insti e ti super rubro Qz actio ĩiuriarum est ex delicto priuato. et sic nõ cõpetit nisi iniuriã passo fa l fi supra de priua delic. Nã publica crimina sunt illa que lex enũerat pro publicis inter crimia publica l iij s de priua dlic. et clari⁹ in l i ifra d pub iudi vbi in tex enũeratur ea s lex Julia maiestatis Julia de adulterijs. Cornelia de siccarijs et veneficis. Pompeia de paracidis. Julia peculatus. Cornelia de testamẽtis. Julia de vi publica. Julia de vi priuata Julia ambitus Julia repetũdarũ. Julia de ãnona. Et q̄ crimẽ iniuriarũ est priuatũ delictũ intelligendũ est. nisi sit atrox ĩiuria. qr tũc etiaz ex officio iudicis puniri põt l Si quis ĩiuriã atrocẽ ifra e ti Sic etiã iniuria que fit per famosum libellũ est publicũ crimen Et actio eius cõpetit vnicuiqz de populo l vna C de famo libel.

q Vo ad secundũ Quero primo Quot modis capiatur ĩiuria Et dic q̄ multis modis. de quo in l i supra e ti. et Insti in prin e ti dicit. n. iniuria

vno modo omne illud quod iure ñ fit. et ista est eius generalis acceptio. Aliquando etiã dicitur culpa vt est in l Aqlia vbi damnũ culpa datũ appellatõe iniurie significatur. Interdũ iniqtatem iniuriã dicimus. Et sic si iudex contra ius pronũctiat ferendo aliquam sententiam dicitur intulisse iniuriã. Ex eo sic dictã-quia Iure et iusticia caret l. Si ꝑ iprudentiam supra de euictio Nõ tñ ꝓsumitur ꝙ Iudex iniuriaꝫ faciat vbi ꝓnunctiat. Aliquãdo etiã dicitur iĩuria cõtumelia alicui facta vel dicta. Et cõtumelia a cõtemnendo dicitur dic l i § i supra e ti. Et sic capitur in nostro ti. C et Iusti Et in l Apud labeonem § Cõuiciũ et § Abduxisse infra e ti.

¶ Quero ij. An indifferẽter om̃s possint iniuriã facere Et dicitur ꝙ nõ ꝑ hij possunt facere. q̃ et pati possunt vt in l. Illud sup̃ e ti que canonisata est xv q i c Illud Vbi dicitur Illud relatũ pereque est eos qui iniuriã pati possunt et facere posse Sane sunt quidam qui facere nõ possunt. vt puta furiosus et impubes qui doli capax ñ est. Nã hij pati iniuriã possunt. ñ facere. Cũ iniuria ex affectu facientis cõsistat. cõsequẽs erit dicere. Hos siue pulsent siue couicium dicant iniuriã fecisse ñ videri. Itaqꝫ pati quis iniuriam eciã si nesciat põt. facere nemo nisi sciat se iniuriã facere. eciã si nesciat cui faciat. Quare si quis per iocũ alium percuciat aut dũ certat iniuriarũ ñ tenetur. Et si quis liberũ hoĩnem cederet. dũ putat seruũ suum esse. in ea causa est ne iniuriarũ teneatur. Et vt dictum est de ioco intellige dum nõ sit noxius. fa c i extra de ꝓsup Nã ludus noxius est in culpa l nam ludus supra ad le aqui. fa ad hoc no supra in ꝓhe § Illud vero Ibi Quis eniꝫ ludos appellat eos ex quibus crimina oriuntur Et ibi Bar colligit Qꝫ scolares nõ debent ludere Nec ipsis ludis se inmiscere.)

¶ Quero tercio Quot modis fit iniuria Et dicendum ꝙ tribus modis. de duobus loquitur tex in l i § Iniuriã et §

seque͂ s e ti. de tercio loquitur tex in nostro §. Si q̇s libꝛuz et in l i. C de famo libel Realis fit iniuria. quociens manꝰ inferuntur Et talis dicitur realis Et maioꝛ regulariter est q̄m verbalis. Nam iniuria que pugno fit maioꝛ est q̄m q̄ verbis fit c Si ewangelica lv dis. Verbis. quociens n̄ ifer̄utur manꝰ. sed co͂uicium fit Et dicit̄ conuiciu͂ vt in l. Ite͂ apud habeone͂ infra e ti. A concitato͂ne vel a conue͂tu͂ hoc e͂ a collecto͂ne vocu͂ cu͂ eni in vnu͂ plures voces co͂feru͂tur specialiter conuiciu͂ dicitur q̄si conuociu͂ ex ira ꝛ impetu qđ fit ne dum pꝛesenti. ß etiam absenti. Nam si quis ad domuz vel tabernam tua͂ veniret. conuiciu͂ facit te absente si vociferatus sit. vel alios ad vociferandu͂ induxit. contra certa͂ personam. Nam incerte persone si conuiciuz fiat nulla est execucio. dic l. Jtem apud § fecisse. Tercio fit iniuria lris cum quis libꝛu͂ vel carmen. historiam vel cantilenaz. ad infamiam alicuius pertine͂tem scripsit. co͂posuit. edidit. de q̄ dicetur infra circa secunda͂ partem rubꝛi que est de famosis libellis.

¶ Scias circa pꝛedicta. Qꝫ omnis iniuria aut fertur in coꝛpus Aut in dignitatem Aut pertinet ad infamia͂ ¶ Coꝛpori ifertur cu͂ quis pulsatur. verberatur. vel cum quis vi domu͂ alterius ingreditur. Jn hiis tribꝰ casibus agitur in iuriarum ex l coꝛ Est autez pulsare sine doloꝛe cedere. Verberare autem cu͂ doloꝛe Dicitur etiam verberare abusiue q̄ puguis cedit. dic l. Jtem apud § verberasse Et in pꝛoposito nostro domus accipie͂da est no͂ solu͂ si pꝛopꝛia sit. ß etia͂ si co͂ducta vel gratis co͂cessa. hec probat̄ in l i § Omem̄ s e ti Et dic l Jtez Apud i ij et iij respo͂ Et dicit Hostien in ti de Jniuriis in sum § quis possit iniuria͂ facere forte his casibus agitur iure pꝛetorio. iniuriarum Cum filiofa pulsato ꝛ iniuriam passo datur patri pꝛetoꝛia actio iniuriaru͂ Filio vero dat̄ ex l coꝛnelia. l lex coꝛnelia § Jllud s e

¶ Ad dignitatē vero minuendā fit iniuria. cū comes matrone abducitur. Et dicitur comes qui comitatur ꝛ sequit̄ siue liber sit siue seruꝰ Mlier masculus vel etiaȝ pedagogꝰ Non tamē tenetur qui cepit abducere. ß qui abduxit vt comes n̄ esset cū ea Et nihil interest Vtrū vere hoc fecerit. vel ꝑsuadendo vt eam reliqueret. dic l Iteȝ apud § Comite et § Abduxisse.

¶ Ad infamiā autē alicuiꝰ fit iniuria cū alicꝰ pudicicia attemptatur nisi femia āncillari vel meretricia veste īduta sit. Et hoc fit per appellatōneȝ vel assectatōneȝ. Appellare autē in ꝓposito dr blanda oratōne pudiciciā alicꝰ attēptare cū scȝ agitur. vt ex pudica īpudica fiat. Sed qui verbis turpibus vtitur nō tēptat pudiciciā. tenetur tamē iniuriaruȝ. Assectari vero est cū quis tacitus frequēter aliq̄m sequitur cōtra bonos mores. Assidua eniȝ frequētia. quasi nōnullā infamiā prebet. l i § omem̄ quidē ff̄ e Et l Itē apd̄ § Tenet̄ et § Si quis et § Itē aduersus et § Qui turpibus infra e.

¶ Est preterea n̄ ignorandū q̄ tā iīuria v̄balis q̄m realis est duplex Aliqua est atrox Aliqua leuis seu mior vt in l p̄tor edixit § posse hodie vsq̄ ad fi l ifra e Et § Atrox iīuria Insti e ti. Dicitur autē iniuria leuis seu mior pluribꝰ respectibus ꝑm sali in l Non eo minus C d̄ accusa Et per Bar in l leuia ifra de accusa Et per aug de are i dic § Atrox Et sciendū est q̄ delictum dicitur leue qn̄ ad eius essentiā dolus nō exigitur vt in dāno iīuria dato. l. liber homo ff̄ ad l aqui Ideȝ si circa rem modicā sit dolus cōmissus. vt in l libertus ff̄ de fur Et sic si in re magna fit dolus. delictū dicit̄ atrox Vn̄ atrox appellat̄ primo ex genere pene. Est et triplex delictū atrox. qꝛ quoddā ē atrox ex gn̄re pene ꝛ sic graue Aliud atrocius et sic grauius Aliud atrocissimū cuiꝰ pena mors naturalis est. Atrocius est cuius pena inferior est morte naturali Et si delictū sit priuatum vt in re magni p̄iudiciȷ̄ dolo illatū. vt i l respiciendū § furta domestica ifra

de penis. Sic etiā atrox iniuria estiatur ex qualitate psone et facti Vult n. Bar in l Nō solum §. Si mandato infra e Oz Iniuria q̄ infertur in psonam que dr granis est atrox. qr quelibet iiuria psonalis est grauior alia reali. vt infra de penis l In seruorū in fi vbi tex dicit Et solus fustiū ictus. grauior est q̄m peccūiaria dānatio. Et excepto q iiuria nō est atrox pōt opponi ad īpediendū pcessum. et sic ante litē contestatā. l pretor edixit § i īfra e. Et p leui iniuria fili⁹ i potestate patrē nō potest solēniter accusare l lis nulla s̄ de Judi. Judicis tū officiū pōt iplorare p iniuria graui l Si q̄s i hoc gen⁹ C de epis z cleri. Emācipat⁹ vero fili⁹ p leui delicto nō pōt prēz accusare. qr lex abhorret. l hiij tū īfra de accusa. de graui et atroci sic. Ciuiliter tamen agere poterit. vt emēdatio fiat n̄ autem accusare criminaliter dic l hiij tū Atrox vero iniuria dr ex facto loco et psona vt in §. Atrox Justi e ti. fit etiam ex tpe vt in dic l ptor edixit § Atrocē infra e ti. Ex facto vt si aliquis ab aliquo vulneratus sit vel fustibus cesus Et sic vulnerādo vel cedēdo etiā vilē seu ignobilem dicitur inferri atrox iniuria. Ex loco veluti si quis in theatro ptorio foro In lectorio. publice iniuriā passus ē hec eniz ex loco atrox dicitur. Et iniuria in illis locis illata est maior q̄m in aliis qr est atrox Et interdū pena duplicatur ex l vel ex forma statutorum. Ex persona veluti si magistratus rector vniuersitatis proconsul potestas seu alius prelatus ecclesiasticus vel secularis iniuriā paciatur Vel si senatori ab humili persona iniuria facta sit Aut parēti patronoq3 fiat a liberis vel libertis Aliter eni senatoris parentis patroniq3 Aliter extranei et humilis persone iniuria extimabitur Que autez psona dicatur hūilis notat̄ in l humilem C de inces nup

¶ Ex his Infertur q maior iniuria est qn̄ officialis percutitur q̄m qn̄ priuatus Et maior iniuria reputatnr quādo nobilis vel studens in studio priuilegiato constitutus p

cutitur vel alias patitur q̄m plebei⁹. ſa autē habita et que ibi notantur C ne ſi pro pa Similiter grauiſſima iniuria ē quando pater vel mater a filio vel patronus a liberto per cutitur qr deſcendētes poſſunt corripi corrigi emendari ꝛ ꝑ cuti leuiter tn̄ ab aſcendētibus. et n̄ econtra li. C. de emēda ꝓpinquo et ſa l Et ſi quemcunqꝫ § Si magiſter ſ ad l aq̄ et l i in ſi ſ de cura ſurio Dicitur etiam locus vulneris atro cem iniuriā inferre. veluti ſi quis in oculo vel facie leſus fue rit ſeu percuſſus dic § Atrox. Tempe ſit atrox iniuria ſi in ludis et in cōſpectu pretoris alicui iniuria inferatur. Et ſic iniuria atrocior eſt que ſit in conſpectu prelati Judicis vel pretoris. q̄m que ſit ſolitudine. i. quando quis ſolus eſt. l pretor edixit § Atrocem infra e Ex his omnib⁹ intelligi po terit qualiter ſtabitur c ꝑuenit extra d̄ ſen ex cōi. vbi dicitur Qꝫ epiſcopus poteſt abſoluere ꝓ leui iniuria illata in per- ſonam clerici. Que autez eſt leuis que maior patet ex dictis Hoc tamē eſt ſciendū ꝙ atrox iniuria dicitur parare inimi- ciciam grauiſſimā vt inquit Bar in l iij § ſi ſ de adimē le ga. Et in hoc equiparat atrocē iniuriam. et litem ciuilē om nium bonorū. ꝙ quelibet predictorū parit inimiciciam gra uiſſimam all nota in § Atrox. Juſti e ti Et l propter litem ſ de ex cuſa tuto.

q Vero quarto Cui detur hec actio iniuriaruꝫ Et dicendum ꝙ paſſo iniuriam ſiue ꝑ ſe ſiue per ali- um. per ſe vt datur ſacerdoti hec actio maxime. dum indutus eſſet habitum ſacerdotalem l Atrocem C e ti Et dicit ibi ſali ꝙ percuciens clericuꝫ exiſtentem in habitu laycali non dicitur eſſe excōmunicatus. Si autem gerit ha bitum tunc iniuria que infertur eidē dicitur grauis ꝛ atrox ratione perſone dic l Atrocem. Sacerdos tamen hoc caſu agens. capitalē penā remittere debet l Si quis in hoc gen⁹ C de Epiſ et cleri. Patitur autem quis iniuriaꝫ ꝑ aliū ſicut

pater per filium quem habet in potestate. Justi eo. § patiť vsq3 adeo vt si filium meum etiā eo cōsenciente vendideris vel ludibrio habueris Vel in popinam vel ad lupanar seu aleam duxeris iniuriarum mihi teneris meo nomine nō tn̄ nomine filij qui consensit. quia volenti non fit iniuria hec vera si sciebas eum esse filiumfa. licet ignorares cui⁹ Nā si credebas ipsum esse patremfa. nulla mihi patri dabitur actio supra eo l i § vsq3 Adeo et l Eum qui nocentez § Cū aliquis infra eodem Satis enim est q cuicunq3 patrifa voluisti facere iniuriam. Aliud est cum quis mihi facit iniuriā putans me esse petrum cum tamē ego sim hinricus preualet enim quod principale est dic l Eum qui § Si iniuria. Vbi vero filiofa n̄ consencienti sed inuito fit iniuria. datur ei actio iniuriaruz etiam suo nomie l filiusfa supra de actio et obliga. Exercicium autem actionis patri competit adō vt non tantuz ipse pater. verum etiam procurator patris generalis vel specialis preferatur filio in exercendo actōnez Nisi forte pater vel procurator moretur agere. vel absens sit. vel presens. ſ n̄ ydoneus. et actōnez dimittit tūc eni licet filio agere etiam invito patre. Nam si pater honesta esset persona possit actionem remittere etiaz invito filio. Sz vbi pater absens est causa cognita. datur filio actio. vel etiam denegatur. ¶ De iniuria illata nepoti agit filius. auo absente. ad cuius officium pertinet etiam viuente auo filiū in omnib⁹ tueri. quod si filius egerit denegabitur actio patri. nomine filij et econtra hec plene probantur in l Sed si vnius § Ait precor vsq3 ad fi l. Hodie vero de Jure. C. nō videtur q pater quantūcunq3 honestus sit possit remittere actionem iniuriaruz filio cōpetentem. ipso invito: ar. l i. C de bo mat. et i l fi § Si vero C de bonis que libe ſm azo ¶ Patimur etiam iniuriam per vxores nostras. ob id si quis vxorem tuam et filium verberauerit. duplex tibi actō competit l ij C e ti.

Nō tñ vxores paciūtur iniuriā per suos maritos l qđ si vi
ro supra e vbi iurisconsultus inquit. Quod si viro iniuria
facta sit. vxor ñ agit q: defendi vxores a viris nō viris ab
vxoribus equuz est. Idem habetur in § patitur autez quis
Insti eo Sed et socer nomine nurus. vxoris. filij. q̄z i po
testatę habet agere potest. Et sic fiet ꝙ ex vno facto iniuri
arum actio tribus cōpetit. Nec vna per aliam extiguitur
Et pono ꝙ iniuria facta est vxori mee. filiefa. Nam et mi
hi et patri et vxori actio iniuriaruz cōpetit vt in § patitur
Insti eo et in l i § si supra eodē Etiam datur sponso de pre
senti actio iniuriarū pro iniuria illata sue sponse. l. Item
apud § Sponsum quoqꝫ infra e Sic etiam ecclesie cōpetit
actō iniuriaruz noīe sui clerici de q̄ per hostien in sum in ti.
de sen excōi § Et qualiter hec absolutō ver Sed cui appli-
cabitur. Item si fuerit iniuria cadaueri defuncti illata cuiꝰ
sumus heredes agere possumus. Spectat enim ad estima
tionem nostram si qua ei fiat iniuria Idem est ⁊ si fama ei
us cuius heredes sumꝰ ꝑ aliquez lacescatur l i § Et si forte
supra e: patimur etiam iniuriā per seruos nostros quos
in potestate habemus §. Seruis autem Insti e ti veluti si
quis seruum atrociter verberauerit et in hunc casum quia
domino cōtumeliā facere voluit actio proponitur et cōpe-
tit domino At si quis seruo cōuicium fecerit vel pugno euz
percusserit nulla in eum actio dn̄o competit dic § Seruis
autē Et loquimur hic de seruis a seruādo dictis ñ seruien-
do de quo per glo. Insti de Iure perso § Seruitus in ver-
bo seruare Et quia materia seruorū apud nos in vsu non
est. ideo relinquatur Ex his premissis oritur dubiuz An si
monacho qui equiꝑatur seruo vt notat Inno in c cuz oli
ꝗ de priui Clerico Ciui fendatorio seu vasallo. inferatur in
iuria. Abbati Episcopo ciuitati vel domino fendi detur ac
tio iniuriarū suo nomine Et videtur primo ꝙ sic q: domi
ni paciūtur iniuriā per tales vt notaī glo in c Apostolice.

de re iudi li vi pro quo facit dictum Bar in l i § per hanc supra de rei vendi vbi datur istis personis rei vendicatio sicut patri pro filio de iure quiritum. Sed patri datur actio iniuriarum pro iniuria illata filio ita etiã in aliis videt a paritate ratõnis Sz isto ñ obstante Bar in l i § si supra e determinat cõtrariuz volens Qz iste persone non possunt agere inuriarũ nisi inferrerẽt iiuria eis in cõtumeliã dñi ar l Item apud § i. et si infra eo et ar § Seruus autez Insti eo Et predicta procedũt ciuiliter agendo. Criminaliter aũt bene potest agere dominus. quia sua interest.

q Vero quinto Contra quos detur actõ iniuriarũ Et dic contra eũ qui fecit iniuriã Et in eũ qui curauit vt fieret Et in in illũ qui mãdauit fieri Et in illum qui aliũ cõduxit vt iniuriã faceret Similiter in persuadentẽ l Non solum § i et § Si mandato et § proculus supra e ti et in § Nõ solũ Insti eo Est tñ circa hoc aduertendũ q hec actõ datur interdũ noxaliter quodã modo miraliter Est eni in arbitrio dñi An velit ipsum seruũ qui iiuriam fecit verberandũ exhibere. vt ita satisfaciat ei q̃ iiuriam passus est. vel pnoxa dare eũ. vel litis estimatõez sustinere l Sed si vnius § Cuz seruus infra eo. Illud etiã notandum est Qz Interdum q̃s excusatur ab iniuria si eam fecit venerande reipub causa vt si magistratus scutũ alicui9 perforauit tñt. quia in bello se male habuit l quod reipublice infra eo. qr cũ ñ ea mẽte hoc magistratus facit vt iniuriam faciat. sed ad vindictã rei publice respiciat actõne iniuriarum ñ tenetur dic l al. Sic etiam sacerdos a canone Si q̃s suadente xvii q iiii excusatur. ratione turbatõnis diui officii vt in c veniens de sen ex cõi et ibi notat Sic ratõne dignitatis presumitur pro aliquo. q non anio iniuriãdi quid agat. vt si mister reipublice iubet aliquez duci quia decreto pretoris nõ obtempat Nam Iuris executio ñ habet in-

iniuriam Sunt et alij casus in quibus quis excusatur l In-
iuriarū in prin. et in § i ij iij et sequē infra eo. Et que Iure
potestatis a magistratu fiunt. ad iniuriā alicuius n̄ ptinēt
Inde est q magister nō incidit in canonē si quis suadente
si correctionis causa discipulum vel scolarem in minoribus
ordinibus constitutum castigat. vel percussit c cū volunta
te §. Si qui vero. de sen excōi. Nec astrologus vel sorti-
legus tenetur iniuriarū si furē dixerit eum qni non erat. ꝑ
alias eum tenent constitutōnes dic l. Item apud § Si q̄s
astrologus infra eo. qui capitaliter puniri debet l. Nemo
C de Maleꝑ et mathe Nec datur actio iniuriaruz liberto
aduersus patronū l Non solum § quamquā i eo. Curare
tn̄ debet Iudex ex officio. iniuriam cōpescere l Cum nec pa
tronos C eo. Tenetur etiam appellator si Iudici a quo ap
pellauit conuicium dixerit Grau eniz infamia talis nota-
tur p iudicis condemnatōem in actōne iniuriarū. l Iudici
infra eo Agitur etiam iniuriarum contra eum qui in mari
prohibet me piscari vel in loco publico agere vel sedere. vel
re mea ꝓpria vti n̄ sinit l Iniuriarū §. Si quis me ꝓhibet
infra e. Tenetur etiā iniuriarū qui per iniuriā ad tribunal
alic⁹ Iudicis me etiaz interpellauerit. vexandi causa dic l.
Iniuriarū § Si quis per iniuriā. Itē Si q̄s petit aliquem
de libertate in seruitutem quē scit liberum esse vel qui ꝓ cla
manti de seruitute in libertatem sciēter resistit iniuriarū te-
netur l non solū § fi et l Si quis de libertate īfra e. Agitur
etiam iniuriarū contra illum qui liberū infamandi grā ser
uum nomiauit. l. qui liberos et l sequē C e ti. Et quicunqz
causa minuende opinionis alicuius. aliquid fecerit vel dix
erit inuriarū tenetur l. Si non es nūciator C e ti. Et agit̄
contra eū iniuriarū qui medicamento vel alio modo men
tē alic⁹ alienauerit l. Itē apud in prin īfra e. Itez cōtra eū
qui licet non percussit manus tn̄ tāq̄z percussurus leuauit
et sic alius territus fuit vtili iniuriarū actōne tenetur. dic l.

Item apud § i Item contra eū agitur iniuriarū qui rem meā p iniuriā occupauerit Vel qui aliquē ñ obligatū et sic nō dbitorē appellauerit dbitorē dic l Itē apd § Si qs bōa ⁊ § si qs pign⁹ et § Si qs nō debitorē infra e. Et scias circa predicta Qꝫ qñqꝫ aliq̄ iiurie a liberis irrogate leues vel nulle reputātur que tamē a seruis facte graues intelligunt Crescit eniꝫ contumelia ex persona paciētis l Sed si vnius § quedam infra e.

q Vero sexto Aliquis mādauit maleficium nec secutū est An teneatur mandās. Bar in l Nō solū § Si mādato infra eo distiguit Aut est delictum atrox et tūc ex solo mādato qs tenet vt extraordinarie puniatur l i infra de extraordi crimini ñ vt puniatur ex ipo delicto quod mandauit fieri qꝛ tale cōmissum non est Aut est delictū leue et tunc nō tenetur dic l Itē apd § Si curauerit et ibi p dij infra e ti. Sed quid Juris quando delictum vel maleficiū secutū est mandatū An tunc teneatur mandans Et respondet Bar in lo al Certū esse hoc casu eū teneri mādantē et mandatariū dic l Nō soluꝫ § Si mādato infra e. Nisi ille qui mandatū suscepit excusaretur Ista autē excusatio cōtingit quandoqꝫ ratione psone eius cui mandatur qꝛ mandatarius nō putabit esse delictū. Quandoqꝫ ratōe psone mādatis cui debuit obedire Circa primuꝫ dicit Bar aut id qd mandatū est potuit esse simpliciter licitū et mandatarius excusatur verbi grā Mandaui tibi vt laborares in tali fundo vel in tali domo q̄m tu putabis esse meā certe excuseris vt notatur in l In rem § Tignū s de rei vēdi Qñqꝫ id qd mādatur nō est licitū nisi certe psone vtputa Maritus potest occidere adulterū vilē inuentū cum vxore certe cū hoc sit ex priuilegio cōcesso certe psone nō pōt hoc mandare alteri. Sed circa scdm̄ quando mandatarius p̄tendit habere excusatōnez. quia habebat necesse parere hoc intelligi debet in leuib⁹ secus in grauibus vt in l liber homo s.

ad le aqui et quod ibi nota. Que autē dicūtur delicta leuia. et que grauia tangit g in dic l liber homo et l fere in omnibus infra de reg Ju Et latissime per Bar in dic § Si mandato. Que autem sit differētia inter mandātem Conducētem et persuadentem dic ꝑm Bar in al loco. Qz mandator dicitur qui mādat delictū cōmitti ꝓpter seipsum ad satisfaciendum sue voluntati nulla data peccunia. Conductor autē dicitur qui facit delictum seu maleficium data peccunia Persuasor est qui ꝑsuadet alicui propter ipsuz cui fit persuasio Et ideo curandū non est quibus vbis quis vtatur siue dicat Mando siue rogo siue loquatur quibusdam aliis verbis si hoc fit grā eius cui fit persuasio seu mandatum ꝑm Bar in dic § Si mandato.

¶ Quero vii An ille qui mandat aliquid fieri secuto facto dicat vere facere vel interꝑtatiue. Bar examiat istam q̄stionem in l Sed si vnius § Seruꝰ infra e Et distinguēdo dicit Qz quidā sunt actus qui nō possunt expediri per instrumentum seꝑatum ab ipso corꝑe vt adulterium tunc qui facit per alium ipse vere non facit et hoc vult g. in l i § quociens supra de vi et vi arma. Idem dicit in flō testimonio Sunt et alii actus seu facta que possunt explicari per īstrumentuz seꝑatum a corpore vt est percussio et homicidium q̄ ꝑpetrari possunt sagitta bombardis baculis gladio vel lapide emisso Et circa hoc iterū distiguit qr qñz illud īstrumentum agit de necessitate.s.ciuili Nec pōt ñ agere ⁊ tunc qui facit mediante tali instrumēto vere facit ita loquit̄ tex. in l Item mela s̄ ad le aqui. Quandoqz illud instrumentū quo mediāte ꝑpetratur actus agit in virtute libertatis sue vt si mando homini habenti intellectum et rationē percucias vel occidas talem tūc ille mādatarius vere occidit. ß ego dicor prebere causam qui mando quia mandatum meum non est necessaria causa illius actus ita loquitur l Itez si obstetrix et multe alie ll supra ad le aqui. An autem mā-

dantis et mandatarij facientis sit vnum et idez delictū nu
mero Dij quē refert Bar in dic § Seru⁹ tenet q̄ sic Cij po
nit in l Non eo minus C de accusa Bar autez dicit in al lo
co Oz q̄ cum queritur An mandantis et facientis sit idem
delictum numero. Hec locutio duplicem habet cōsideratio
nē seu intellectū vnū vtrum ex eodem delicto teneatur man
dans et faciens et dicitur q̄ sic. Secundo modo potest itel
ligi v sit eadem obligatio mandātis et facientis et dicitur
q̄ non Nam tot suut obligatōnes quot sunt persōne deli-
quentes l Si plures infra e. Tercio modo sic vtrum eadem
actione vel accusatōne puniantur Et tunc distiguit Bar.
Aut loquimur in casibus in quibus ille qui mādat fieri ve
re facit et tunc sine dubio eadem l punitur Aut loquimur i
casibus in quibus ille qui fieri mandat non vere facit tunc
forte secus ꝓm eum de quo per Bar in al § Seru⁹ vbi plu
ra ponit de hac materia hec sufficiūt ad presens.

¶ Quero viij. Quid Juris quando alicui impropero vel
obijcio qd verum est vt qz dico quē esse homicidaz luscum
leprosum An tenear iniuriarū Bal ꝛ Aug de Are examināt
hanc questionē Justi in prin e ti. Similiter Aug de pu in l
Si n̄ conuicij C e ti Et Jo an in c si extra e ti Et melius in
addi spe e ti in prin Et in effectu sic distiguunt Aut quis di
cit alicui conuiciū in accusatione vel in denūctiatōne et pro
bat et non tenetur maxime quando expediat reip illd con-
uicium publicari Vnde si in libello dico te latronem vel ad
ulterū et probo non teneor qz crimina manere nō debēt im
punita Idem si hec dico vt te repellaz a testimonio qz hoc
facio auctoritate iuris et non aīo iniuriandi vt in c testimo
nium extra de testi et c licet de accusa per circumstācias eni
et indicia aīus iniuriandi iudicatur. fa qd notat in l i C ad
le cor de sicca Et nōnunqz p̄sumptōs cōtrarijs p̄sumptōi
b⁹ tollūtur de hoc c cū iter i glo d elec et in c lrās in glo an
peul de p̄suꝑ Si vero extra iudiciū im ꝑpero alicui cōuiciū

et flō indubie teneor iniuriarū vt in nostro ti et alijs in C ꝛ
Justi per totum et in c cum te extra de re iudi Aut dico ve-
rum et tunc est distiguendū Aut eniꝫ expedit reipublice hec
scire ꝛ nō teneor iiuriarū Exm̄ Expedit n scire in rep latro
nem adulterum vel leprosum Latronē et adulterū vt pūi
antur. leꝓsuꝫm ne sani cuꝫ eo cōuersentur et a cōione homi-
num sepentur Nā lepra cōtagiosus est morbꝰ c i de cōiugi
leꝓ Si autem non expedit scire reipub et cōuiciū non opa-
tur nisi infamiam et quis dicit conuicium solū ꝓpter infa-
mandū tunc inproperando etiā verū tenetur iniuriarū vt
si dico tu es mācus luscus Mendicus Codrus Claudi-
cās Spurius cū hec vicia si vicia sint nō semꝑ veniunt eo
rum culpa Et qr de istis nō possunt accusari in iudicio er-
go dicētes sic verum maxime animo diffamādi iniuriaruꝫ
tenentur. qr inhūanum et iniuriosum est nostros defectus
detegi l ij. C qn̄ et quibus q̄rta ps. debeē li x Et hoc placet
pe et Cy in l Si nō cōuicij in viij ques C e ti. Circa predicta
hoc etiā notanduꝫ est Qꝫ improperatio criminis facta illi
qui in veritate criminosus est non videtur iniuriosa quan-
do fit ad finem vt ille se corrigat. de peccatis. Ad hoc vide
glo summe v q i Et est pro hoc ar in c Si gens lvi dis.
¶ Quero viiij. In quantum detur actio iniuriarum. Et
ita An in in libello vel quando propono vocetenus actio-
nem iniuriarum coram Judice debeo extimare iniuriā nec
ne. i. nunq̄d oporteat me dicere Domine Judex N mihi in
tulit iniuriam talem q̄m extimo ad tantū. centum vel mil-
le Vel an sufficiat dicere peto N comdemnari ad cōpeten
tem extimatōnem arbitrio vestro. Cy examiat istam ques-
tionem in l. Si n̄ conuicij C e ti in questione viiij. Vbi post
multa v̄ba dicit quosdā dicere esse distinguendū qr aut agi
tur iniuriarū actōne pretoria Aut actōne ciuili Si agitur p̄
toria tunc debet iniuria extimari Si agitur ciuili vt ex lege
cornelia tūc nō debet extiari al ad hoc l cōstitutōnibꝰ in fi.

infra e Sz Jaco de ra et pe dicũt q sive ꝑtoria sive civili ac tõne agat dz certa extiacio peti ꝑ eũ qui agit Nec obstat al l cõstitutõnibus qꝛ licz Judex extiet ñ sequit̃ ꝑpterea q ps actrix nõ extimet. ps extiat ⁊ forte nimiũ extiat Vñ Judex postea extiat et taxat. Et sic vtcꝫ hz extiare. ps vo extiat ⁊ iurat qꝛ ergo pars nimiũ possit extiare Judex postea taxã do extiat et diffinit per sententiã. Circa iã dicta est dubium An debeat fieri extiatio ẜm dãni vel lucri extimatõnez. Et sic An debeã dicere in libello vel in ꝑponẽdo actõnem iiuriarum tantũ vellez poti⁹ de meis bonis aisisse q non essez passus talẽ iniuriã vel sic Tantũ vellem me nõ esse lucratũ antequã talẽ fuissem passus iniuriã Et volũt quidã legiste dicere q nõ hẽat actoꝛ necesse hec dicere. Sz debet narrare q passus est talem iniuriaz quam ad tantũ extimat quare petit iniuriatũ sibi in tãto cõdẽnari legittia taxatõne iudicis ꝑcedẽti. fa al l cõstitutõnibus Et iste libellus sic formatus est melioꝛ secundũ Jaco de raven et pe. Cy tñ dicit i dic l Si ñ convicĳ in xv ques. Si actoꝛ vult se intromittere de his verbis supꝛa expꝛessis debz se poti⁹ referre ad damnuz q̃m ad lucrũ. qꝛ nõ est par eademcꝫ ratio dãna sentire et lucra nõ cape. l vl. C de codicil Et certũ est q gravius quis sentit si de suo amitteret q̃m si nõ lucraretur ꝺ alieno Etiã qꝛ hec petit actoꝛ tanq̃m iteresse. cuius extiatõ penes damnũ nõ penes lucrũ fieri debz l vna. C de senten que ꝑ eo qꝺ iterest Et dicit Hostien in sum h⁹ ti § pe Qz pot est Judex dicere ad agentẽ iiuriarũ Jura ad tantũ ꝑ q̃nto nolles ipsam tibi fieri seu factaz ñ fuisse qꝛ sꝑ est relatio ad hoc tẽp⁹ quo facta est Nã si postea grãdis dignitatis factus fuerit nõ augetur iiurie extimatõ l iniuriarũ ĳ infra e. Augetur tñ extimatõ cõsiderato tpe quo iniuria facta est ꝑpter multa Consideratur eni extimatõ ex persona Ex tempe Et reipa Ex persona cũ magistratui parenti vel patrono iniuria infertur ab humili homie liberis vel libertis Vel archidiaco-

no a clericis c cuz bone extra de Et a et quali Et possit ad
di Rector studiȷ̈ a suis subditis studentibus si patitur iniu
riam dummodo in officio rectorat⁹ est. Tempe vt si in lu-
dis vel in conspectu pretoris fiat vel in solitudine Atrocior
n et maior iniuria est que in conspectu pretoris fi t q̄m in so
litudine Re vt si vulnus est illatū vel os fractuz Etiā quā
titas vulneres cōsideratur Et locus vulneris vtruz in ocu
lo facie vel alio loco vulneratus sit. Et ꝫm hec dicta extia
tio iniurie in iudicio est fienda Et potest extimatō iniurie fi
eri ne dū si quis passus est eam in corpe Verūetiaz in vesti
mentis scissis. conuicio dicto in foro vel theatro. l p̄tor edix
it § si infra e. Etiam extimatio augetur quando expn̄se et
damna simul cum iniuria extiantur vt in c olim extra e ti.
Et ille qui agit iniuriarū clare et aperte debet formare libel
lum. vel factuz suum ꝓponere cum discrimine eniz aliene ex
timationis. vagari non debet. Tenetur etiaz exprimere no-
men iniurie. Nec dicat iniuriaz in genere. ꝫ ponat certam i
specie Et si plures sint omnes cōiungat in vno et eodem li
bello Nec eniz ꝑmitteretur ei maxime si ꝑs hoc postulaue-
rit. de singulis agere sepatim l pretor edixit in pn̄ et § quod
autem pretor et § Si mihi plures ⁊ ibi Bar infra e Et ista
cumulatō in vno libello pluriū iniuriarū est causa litiū ab-
bremandarum sicut alias dici solet in l. Non est nouuz su-
pra de actio ep̄. Sz diceret Juuenis dictū est supra Qꝛ vo-
lens agere iniuriarū debet respectum habere potius ad dā
num q̄m ad lucrum. ymmo contrariū videtur verius . s. ꝙ
potius fieri debeat extiatio quo ad lucrum q̄m ad damnū
Et pono passus est iniuriaz pauper homo sicut plerumqꝫ
fit Qꝛ pauꝑ vbiqꝫ iacet Et in pauꝑtate quis vilescit quo
mō ipse ꝓponet i libello vel alias voceten⁹ factū Ego mal
lem de meis bonis tm̄ amisisse cū nihil habeat Pauper eni
priuilegiū habꝫ qđ ab eo nihil auferri pōt ergo etiā nō pōt
amisisse ar c freqens § Jllū autē de restitu spoli li vi Et re-

spōdet Cy in al loco q x. Qꝛ paup̄ sic dicet Mallē tantum amisisse de meo si tm̄ haberē vel hūissem vt sic ñ ad statuz in quo est ꝫ statuz hn̄tis se referat l quo iure s̄ de re mili qꝛ potest esse ꝙ cum est iniuriaz passus erat pauper Nūc autem diues factus est fa l Iniuriarum infra eodem.

¶ Quero x. Et pono. Aliqs mihi intulit iniuriā qui oino paup̄ est et nō soluendo An possim petere in libello vel mea corā Judice ꝓpositōne vt castiget in corpe Cȳ in al l Si ñ cōuicij q xvij. dicit Qꝛ Jure actōis iniuriarū ñ pōt cōcludi pena corporalis qꝛ in obligatōne iniurie nihil est nisi extia cio l iiuriarū ij infra e Sꝫ pōt peti p officiū iudicis hoc mō ex quo notoriū est ꝙ iniuriās nō est soluēdo Vn̄ nō petam eū directe pūiri corpaliter ꝫ sic ꝓponā corā iudice Dico cōtra talem N ꝙ mihi iniuriā itulit ꝛc. q̄m nollē ꝓ centū sustinuisse Sꝫ qꝛ notoriū est qd̄ ipse est nō soluēdo Jdo iploro officiū vrm̄ vt ipsūz corpaliter puniatis Et pro hoc inducit qd̄ de re pempta dicit̄ l Si seruū §. fi s̄ de verbo obli. Sali putat in l Atrocem. C e ti. Qꝛ officiū istud iudicis potiꝰ in executōne q̄m cōdemnatōe versetur. forte ideo qꝛ qui nō habet in ere luat in corpe l fi C de sepul viola Et concordat dictū cassiodori dicētis. Reddat debitū penis q̄ nō pōt cōpēsare pecunijs qd̄ tāgit. Ci in l quicūqꝫ C de ser fugi et Bar in l i § fi infra de pe An autē actō iniuriarū stati nata sit qn̄ facta seu illata iiuria est. An ita demū si dicat iiuriatꝰ ad animū reuoco hoc vltimū tenet. Bul legū ātiquꝰ doctor vt refert g peul. in § fi Justi e ti. Sꝫ al g tenet ꝙ iiuria statiꝫ est nata qn̄ fctā est. Nec eni ex reuocatōne ad aim vel v̄bis talibꝰs nascitur hec actō iiuriarū. ꝫ ex contūelia l Si vniꝰ § pactꝰ s̄ de pactis.

¶ Quero xi. Actor probauit pono iniuriam coraz Judice ꝫ non probauit omnes circūstancias. Quid erit hoc casu faciendum Et Cȳ in al. loco. q xiiij. dicit ꝙ hoc cōmittetur iuramēto actoris. sicut quando quis agit contra furem et

ꝓbat furtū. tunc de extiatōne rei creditur sacramēto. i. iura
mento actoris. Sicut quādo agit̃ cōtra violentum vt in l.
Si quando C vnde vi. Et l Semꝑ § hoc interdicto supra
qđ vi aut clam ꝓbata aūt iniuria Judex considerabit lo-
cum vbi iniuria illata sit. Tempus similiter et ꝑsonaȝ que
passa est iniuriam. Et secundū facti qualitatem extimabit
An actoris extimatō sit legittima. Et si sic reperiet cōdem
nabit in illam. delato prius iuramento parti iuxta l consti
tutōnibus § si infra e. Et quamuis al l cōstitutōnibus nō
faciat mentioneȝ de iuramēto tn̄ rōnabile est ꝙ Judex tax
et et actor iuret ar l videamus supra de Ju litē iurā.
Quero xij. Aliquis Ebrius fecit iniuriam dicēdo vel ob
yciendo alicui conuicia An veniat puniendus. Aug de pu-
sio mouȝ hanc questionē in l Si n̄ conuicij C e ti. Et respō
dendo dicit. Si fuerit talis ebrietas que posuit quem extra
sensum vt videmꝰ cōiter in multis ebriosis tunc talis ebriꝰ
non tenetur iniuriarum punitur tn̄. Idem dicendum est i
dormiente deliquente Sunt enim ꝓtinus alienati a mente
Nec habēt animū faciendi iniuriam vn̄ non possunt iniu
riarum conueniri Sȝ qr rem faciunt illicitam et culpa eorū
precedit aliter puniuntur. Nec debet talis culpa eis esse im
punita. qr ebrius non debuit tm̄ potare vt seipsum amitte
ret. Nec dormiens sciens suū defectum tempe dormitionis
solus stare. de hoc vltio poit francis. zabarel in cle i in pn̄
de homi. ex m̄ Siliter alij docto ibi scribentes allegan laurē
qui refert de socio suo āglico qui dormiens parisius iuit de
ecclesia beati Benedicti vsqȝ ad flumen secane de nocte Et
ibi puerum iterfecit et reuersus dormiens posuit se ad lectū
Et quia ille sciuit suam consuetudinem ⁊ non precauit iđo
non excusatur ꝑ Jura infra alle debȝ n q̇s sibi preuidere ne
habeat in camera arma vel in loco vbi dormiat alias
est in culpa propter q̄m tenetur sicut putator arborūȝ q̇ n̄
ammonuit transeuntes l Si putator supra ad l aqui.

Erit ergo pena arbitraria ex clausula l hodie infra de peis Primũ de ebrioso pbat̃ p l respiciendũ § delinquũt infra de pe Appellatur enim hoc delictũ ipetuosũ. ca⁹ est in l. Omne delictũ § peul supra de re mili Secundũ probat̃ in l Si seruus seruũ § fornicarius s̃ ad le aqui Et pl⁹ Nota Qꝛ etiam cõuicium vel aliud delictum incõsulto calore commissum punire debet l quicqd calore infra de reg iu et l diuorcium supra de diuor qꝛ illa procedunt quãdo damna data p penitenciaz in pristinuz reuocãtur. secus si irreuocabilia sunt Et hoc tenet pe et aug d pu in dic l Si ñ cõuicij C e ti

¶ Quero xiij. Et pono Infert̃ iniuria libero homini quez non possideo ß alias in seruitio meo est Nunquid mihi cõpetat actio iniuriarum Bal in § pena Justi e ti refert quosdam tenere q nõ qd etiam Idem bal ibi ap pbat. addens hoc esse verũ nisi fieret me presente tunc eniz ppter mei presentiam videtur mihi illata Sicut in simili dicitur de socio vel comite meo p quẽ videar offendi si ipse offenditur vt i l Item apud § Si quis virgines ĩfra e ti preterea presentia multũ opatur vt in l Si pcurator s̃ d pcura et in l falsus s̃ de fur Jaco de Are et Cy dicunt. Qꝛ si infertur ĩiuria vni mihi seruienti vtputa pcuratori vel negotiorum gestori dũmodo sunt in negotio meo et tũc michi videtur iniuria fieri et agere possum l Si pretor supra de offi ei⁹ cui mã est iuris Nam iniuriam illatã militibus existentibus iuxta lat⁹ principis et in eius seruicio princeps reputat sibi fieri l quisquis C ad le Juli maies. Et ideo si fit iniuria officiali ecclesie dum est in exercicio sui officij videtur iniuria ei fieri qui eum misit ßm bal in all loco.

¶ Quero xiiij. An prestans opẽ maleficio puniatur eadez pena qua principalis Dij consuluit q media. per l is qui opẽ s̃ de fur Sz bal in § Interdum Justi de obliga que ex male vel qsi nas dicit eũ tenere contra casuz l Nihil inter ẽ s̃ de sicca et l is cuius s̃ de adulte. Alij distiguunt Aut agit̃

militer contra prestantem opē et tunc punitur media pena l is qui s̄ de fur Aut agitur crimīaliter et tunc eadem pena punit̄ per l si qm̄q̄m C de pisco ꝛ cle Veritas est secundum Bar Qꝫ regulariter prestans opē tenetur eadem pena qua principalis. hec regula fallit vbi lex aliter disponit vt in l i. C de Nili agge n̄ rum vbi Cy̆ hanc questionez ponit et in l i C ꝺ rap vir preterea fallit vbi qualitas diuersificatur in persōnis deliquentibus et opē prestantibus de quibus per bal in § Interduz Justi de obliga que ex malefi vel quasi nas Et istam materiam ad saturitatem examinat Aug de Are in trac maleficio in glo verbi dicto maleficio semꝑ asti tit in versi. Tercio quero qua pena punitur opem prestās. Et multis modis dicitur quis prestare opem ad maleficiū Primo aute maleficium vt prestando instrumenta vel sca las vbi se reponat vt in l Si piguore § Qui ferramenta su pra de fur. et l q̇ domū infra de adulte Et talis punitur ea dem pena sicut principalis. Secundo dicitur quis prestare opem in ipso maleficio assistendo vt abilius cōmittatur et tunc etiam simili pena punitur l i C de rap vir. Tercio dici tur quis p̄stare opem post maleficium cōmissum puta as sociando vel prestando auxilium ad euadendum. Et talis non punitur vt prestans opem maleficio ꝟ qꝛ prestitit opē ad euadendum Et ideo tenetur ex ti C de his qui latrones l i et ij Et de hoc per Bar in l furtuz § Non cōmittit s̄ de fur Et per Bal et Aug in dic l i. C de his qui latro Nō tn̄ furtum et iniuria eodem modo cōmittūtur qꝛ furtum fctō et non verbis cōmittitur l vxorez § Neqꝫ v̇bo s̄ de fur Sꝫ iniuria et verbis et lr̄is cōmitti potest. l lex cornelia § si ifra e ti. Scias circa predicta Qꝫ consilium et opē prestans ma leficio tunc incipit teneri regulariter quādo maleficium est secutū ꝓm glo in § ope. et cōsilio Justi ꝺ obliga q̄ ex male vel qua nas Sꝫ q̇d de illo q̄ p̄buit cōsiliū ad aliqꝺ malefici um ꝑpetrandū. g in § ope et cōsilio in v̇bo Certe tenet Qꝫ

quis de solo consilio non tenetur nisi delinquens alias fac
turus nō fuisset Et idē notat g in l i § persuadere ff de ser
cor. Dij autez in re Nullus pluribus de re in li vi Et Bar
quē al Bal in loco al tenent ꝙ indistincte dans consilium
teneat̄ Qd quidaz intellexerunt esse verum quādo p̄statur
consilium maleficio quod cōmittitur in personam quia il
lud maleficium mayus est q̄m quod fit in rebus cum per
sone ceteris rebus sint preferende l fi C de sacro sanct eccle
Et hac ratōne quia dare consilium est quodammodo pre
bere opem l Qui seruo § plus pomponius ff de fur. Sz in
p̄stante opem non distiguitur nec in prestante consilium
Sz pono persuasi cuidam vt committeret maleficium du
cor penitencia quid habeo facere vt non tenear. Dic ꝙ in
mandante non est dubium ꝙ re integra per solam reuoca
tōnem mandatnm reuocatur et liberatur mandans § Si
adhuc Justi Manda Sz in psuadente dicunt doct Qz de
bet nunc suadere contrarium ꝙ maleficium non cōmittat
ymmo dimittat intemtatū Et taliter ꝙ certus sit ꝙ āmo
do ille non delinquat Alias debet denunctiare ei qui debet
offendi ꝙ sibi p̄uideat a tali. qui vult eum offendere Et si
hoc nō faciat tenebit̄ Jta tenz Jnno in c. Ad audientiā ex
tra d homici que omnia sunt notāda qr sunt quottidiana
¶ Quero xv. Et pono Tu prouocasti me dicto vel facto
ad irā Et ego sic prouocatus te offendi et excessi modum
An poteris tu agere contra me iniuriarum Ab in c i e ti i ef
fectu vult dicere ꝙ sic Et ꝙ quilibet potest agere iniuriarū
et agere pro iniuria sua qr regulariter non licet vlcisci C qn̄
liceat sine iudi per totum ti per locum a speciali. fa p̄m euz
l. Si ex plagis §. Tabernarius ff ad l aqui vbi bonus tex
ꝙ percusso non liceat insequi percussorem fugientē ad hoc
c i e ti putat tū ꝙ mitins puniet̄ iste qui ꝓuocat⁹ offendit
qr difficile est iustū dolorē cōpescere vt i sili vult tex singlā
ris i l Si adulteriū § Jmpatores ifra d adulte Sz glo in c

Significasti n de homici et glo xxiij q i in sum videtur tene re q si quis se defendedo excesserit modu et no ex pposito. non punitur de tali excessu Si tamen ex pposito excesserit modum. tunc pe de auco in cle i de homici dicit Q ille veit puniendus non pro toto scz pro excessu tm Et idem notat Bal in l graccus iij vi colu C de Adulte Adhoc etiaz facit qd ponit Jo an in spe in ti de homici circa rubru. vbi dicit q est questio de illo qui se defendedo occidit aliu debito mo deramie n seruato An teneatur lege cornelia de siccarijs ta qz homicida Et dicit se vidisse tiari questioem q no Et q no debeat puniri tanqz homicida. patet per l lege cornelia supra de sicca et l i C e ti. Et ibi per Bal qui dicit hoc men ti tenenduz faciut predicta ad hoc q si maritus vxorem in adulterio dephensam occidit no danabitur ad penam vlti mi supplicij qr marito iniuriam passo ex adulterio licebat offensam et iniuriam suam vindicare Sz qr excessit modu in defendedo no punietur ex toto s d homicidio pena mor tis. s de excessu ad penam relegacois l i § si supra de sicca Et de hoc per alex de ymmo cosi cxl in ij volu Et faciunt hec ad penas statutoru Et ponam9 Caueat statuto q p qualibet pcussione seu verbali iniuria soluatur certa pena Nuquid puocatus pcuties seu verbalem iniuria inferens incidat in penam statutaria Et dicit q sic qr statuta gene raliter et idistincte loquutur Judex tn ex officio suo debz il lam ex causa moderare sm nota in l quid ergo § pena gra uior supra de hijs q notan infa Est enim veru ceteris pa ribus q graui9 delinquit qui me ad iracundia puocat qm ego l qm C ad l Julia de vi pua et xxiij q v cu ho ¶ Scias etia circa pdicta Q si qs dixerit ad alique vbum iiurio sum vel cotumeliosuz. puta tu metiris p gula saluo honore tuo tenet d hmoi vbo iiurioso sm dij in l Si qs extrane9 su pra de acq heredi p illu all tex Qd tn Bar dicit esse verum nisi faceret gra sui iuris vel honoris coseruandi videlicet qr

ille sibi primū aliquid improperabat qr etiaz tunc de Iure licitum est dicere tu mētiris l que omnia et ibi Bar supra de ꝓcurato. fa l q̄ cū maior § Si libert⁹ supra de bo īs liber Adde ea que ponūtur per dominum antho d̄ butri ⁊ ab in c eam te extra de Eta et qua Et sic ꝓuocatus licite potest vlcisci fa tex in l i § Si cum arietes supra Si quadru pan se di qd in practica vtile est scire Sz quid si quis alteri verba miatoria ꝓtulerit An inducant iustum metū ꝙ possit adire iudicē vt sibi ille caueat Iuxta l denūctiam⁹ C de his q̄ ad eccle cōfugi Et dic ꝙ sic Et Iudex debz inspicere An ille qui minatus est solitus est minas executōni mittere ⁊ tūc cauere debet Secus si non. secunduz Bar in l metus causa supra Ex qui cau maio.

¶ Quero xvi. An vxor atrociter verberata per virum possit agere cōtra eum iniuriarū Et dicitur Atrociter. qr leuis castigatō marito est concessa ⁊ ꝑmissa d̄ hoc vii q i c sicut alterius ⁊ ibi bo glo. et xxxiii. q ii. placuit. Et ꝙ non possit agere iniuriaruz fa l ii. C re āmo l i supra de Insa l si supra de ser corrup Et potest ratō esse ne male simul viuant l si s̄ de fur et l i C de emēda ꝓpin Agat ergo actione infactuz. ad preseruandū illesaz famā marito al l ii C re āmo et l nō debet supra de dolo l Si q̄s vxori infra d̄ fur q̄muis aliqui volebant dicere contrariū ꝑ l Ita vulnerat⁹ in si supra ad le aqui et l Si quis seruo C de fur Sz primum est verius qr vxori cōtra maritū et econtra nō conceditur regulariter famosa actio fa dic l ii C re āmo.

¶ Quero xvii. An prelatus excōicās aliquē iuste teneaꝰ excōicato iiuriarū Et alexādrin⁹ in c Nemiez xlv dis. dicit ꝙ qr excōicatō priuat quē hōre Et excōicās infert dedec⁹ ⁊ iniuriam excōicato Ido vidr ꝙ teneaꝰ iniuriarū. Ad hoc fa c Sacro et q̄ ibi notātur de sentē excōicatōis Requirūt autē tria vt iuste feraꝰ excōicatō ꝑ iudicē siue ꝑlatū Primo vt ꝓcedat cōpetens monicio Secūdo vt causa sit racionabilis

Tercio q sit maifesta. Ex causa ergo soli prelato nota nõ debet iferri excõicatõ vt in c si tm̃. et in c placuit vi q ij. Et iudex potest reuocare sententiaz excõicatõnis iniuste latam nõ obstãte cõtradctõe ptis aduerse vt notat in dic c Sacro

¶ Quero xviij. An percussor teneatur ad opas q̃s omisit pcussus toto tpe vite sue vtputa qr debilitatus in manu ẽ. et effectus est ipotens ad laborandum. Et dicendum q sic l Ex hac supra Si quadru pau fe di. et in l fi. supra de hijs qui eiecerũt vel effu ymmo specu dicit e ti de Iniu § ij. post prin. Qz mortuo pcusso põt agere pater eius siue heres ei9 pro opibus que iste potuisset exercuisse toto tempe vite sue. Et habebit respectus verisiliter quanto tempore potuisset vixisse. Et hoc multum potest accidere in facto. et maxime in parentibus senibus viuentibus ex opib9 filij. Tenentur etiam percussores percussis nõ potentib9 exercere artẽ suaz ad expẽsas q̃s faciũt i medicos p hoc dic l. Ex hac sup all

¶ Quero xix. Et pono iniuria seu conuiciũ infert potestati. Judici seu rectori studij. An ipsemet Judex potestas vel rector possit iniuriantem punire Et ab in c dilectus de penis in effectu examiat istam questionẽ. Legiste vero i l vnica C. Ne quis in sua cau. iudicet vel ius sibi dicat. Et Cij ad vtranqz partem arguit pulcerrimis rationibus. Ab i al loco breuiter sic distiguit. Aut iniuria est notoria. et ipsemet potest iniuriantem punire qr in notorijs nõ ẽ suspicio. Nec est ferenda sentencia cum solemnitate Et hoc etiã vult Inno in c. Ex parte i g. de verbo signi. qd maxime verũ est. si pena est a Jure vel etiam statuto expressa. Secus autẽ vbi iponenda esset arbitrio suo. qr cum arbitrando penã esset iudex. possit modum excedere c cum venisset extra de. Judi Et ibi ple p canonis. Aut iniuria nõ est notoria. Et tũc aut tãgat pñcipalit psonã iudicis et nõ põt ipemet pũire ne sit iudex i facto pprio c. Inẽ mltiplices xxiij. q iiij. Aut tangit pñcipalit dignitatẽ suã et tũc põt pũire. põt eni q̃libz vlcisci

iniuriā sue dignitatis l. Milites § Irreuerens infra de re mi
lita. et l. cōtinet supra Qz me cau Et faciunt ad hoc oia iu
ra quib⁹ cauet q Iudex nō debz pati se cōtemni. Et q lesa
maiestas est vīdicāda. debetqz iudex defendere suā iurisdic
tionez et que ad eam spectant fa c. Si quis circa ij. q iij. et
xxiij. q iiij. c guilisarius. debet eni iudex vlcisci crimina l i. in
prin supra de offi. prefec vr. etiā illorum qui īsurgunt ⁊ de
linquut in euz. qr p hoc crimen cōmittunt. l cōgruit supra
de offi presi. Est eniz publice vtilitatis ne maleficia mane
ant ipunita l. Ita vulneratus. supra ad le aqui. Et nisi iu
dex vel prelatus puniret maleficia. ipsa manerent īpunita.
